Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.VIII. Chur-Brandenburgische Declaration, welchergestalt Pommern an Schweden zu cediren seye

urn:nbn:de:hbz:466:1-52129

Visual Library

1647. Januar. itaque, juſtitia cauſæ, ac ſanis conſiliis, propriſque viribus nitimur, de cætero ſecuri, quod Sueciâ Galliâque unitis, nullus tam fortis cuneus fuerit, qui hunc nodum facile diſſolvet &c. 1647. Januar.

§. VIII.

Chur-Brandenburgiſche Declaration, welchergeſtalt Pommern von Schweden zu cediren ſey.

Da nun alſo Chur-Brandenburg wahrnahm, wie die Schweden auf keine weis noch wege von Pommern abweichen wolten, anbey die Holländiſche Geſandten denen Chur-Brandenburgiſchen eröffneten, wie von ſeiten ihrer Republic keine hinlängliche Hülffe, gegen die mächtige Crone Schweden dem Chur-Fürſten geleiſtet werden könte, um dieſen bey dem Beſitz von Pommern, zu erhalten; ſo traten ſie endlich mit der ſub N. I. angefügten Declaration gegen die Schweden ſelbſt vor, darinnen der Chur-Fürſt zwar Vorder-Pommern, auch endlich, wann es ja nicht anderſt ſeyn könte, Stettin an Schweden zu überlaſſen ſich erklärte, jedoch daß ihm davor die Summe von 1200000. Reichs-Thaler bezahlet, und die Inſul Wollin reſtituiret, ſodann, loco æquivalentis, das Biſtum Halberſtadt, ingleichen das Ertz-Stifft Minden, und die Grafſchafft Schaumburg, alles erblich, desgleichen der *Uſusfructus* vom Stifft Oßnabrück, biß auf den würcklichen Anfall und Erledigung des Ertz-Stiffts Magdeburg, überlaſſen werden ſollte, wobey zugleich noch verſchiedene Conditiones, die Schiffahrt auf dem Oder-Strohm, das *Commercium*, die Reſtituirung der Plätze und Veſtung in Hinter-Pommern, Abtrettung der *Commenc*en, Caſſation der vorgegangenen Schenckungen, *Contributions*-Rückſtand, ingleichen den Tittul, Wappen, *Seſſion* und *Votum*, wegen Pommern betreffend, angehänget waren.

dagegen gefordertes *Æquivalent.*

N. I.

Communicat. d. 21. Januar. Anno 1647.

Declaratio Legatorum Brandenburgicorum, quibus ſub conditionibus Ceſſio Pomeraniæ in Coronam Sueciæ fieri debeat.

Sereniſſimus Elector Brandenburgicus, poſtquam intellexit Excellentiſſimos Dominos Legatos Sereniſſimæ Reginæ atque Coronæ Sueciæ, nullis rationum quamvis urgentiſſimarum momentis permoveri poſſe, ut reſtituto Ducatu Pomeraniæ, ſatisfactionem ſuam alibi quærant & accipiant, ſecutus conſilium ac ſuaſum Celſiſſimi Ducis Longevillani, atque cæterorum Excellentiſſimorum Regis Chriſtianiſſimi Plenipotentiariorum, ductus itidem amore Patriæ & Pacis publicæ, conſentit, ut Coronæ Sueciæ cedat *Pomerania Anterior, excepto Stetino* & Inſula *Wollino*, pro quibus obtinendis ſumma cura atque labor adhibendus erit; Quod ſi vero res eo vergere videatur, ut dicti Domini Legati Suecici nulla ratione, nulloque vel Regis Chriſtianiſſimi vel Provinciarum Fœderatarum in Belgio, vel arctiſſimæ inter Regiam Majeſtatem Sueciæ, & Serenitatem Suam Electoralem neceſſitudinis atque cognationis reſpectu, flecti poſſint, ut dicta Urbs Stetinum, vetus Pomeraniæ Ducum ſedes, Serenitati Suæ Electorali retradatur, conſentit Eadem pro extremo, ut jamdictum Stetinum penes Coronam Sueciæ maneat, ita tamen, ut Serenitati Suæ Electorali pro eo exſolvantur 1200000. Imperiales, jamdum a Gallicis Dominis Plenipotentiariis, nomine Imperatoris & Imperii oblati. Reſervat autem Serenenitas Sua Electoralis per expreſſum, ut ſibi integrum ſit, literis vel legatione, apud Regiam Majeſtatem Sueciæ tentare & experiri, num dictam Urbem Stetinum ab eadem recuperare poſſit, quo caſu me-

moata

1647. Januar. morata Summa 1200000. Imperialium, Regiæ Majeſtati atque Coronæ Sueciæ cedet; quod negotium tamen ita peragetur, ut huic Tractatui atque ejusdem concluſioni ex eo nulla injiciatur mora. 1647. Januar.

De Inſula *Wollino* autem, Serenitas Sua Electoralis non dubitat, quin eam Suecici Domini Plenipotentiarii ſint retradituri, quia juxta regulam à jamdictis Dominis Plenipotentiariis Gallicis poſitam, nimirum *fluvium Oderam terminare debere Citeriorem ab Ulteriori Pomerania*; Inſula memorata Ulteriori Pomeraniæ cedet, adeoque apud Serenitatem Suam Electoralem permanebit.

Ratione *Æquivalentis*, ea eſt mens & declaratio Serenitatis Suæ Electoralis, ut ipſi atque Domui Suæ Electorali, tradatur atque conferatur in perpetuum, cum omni jure:

1) Epiſcopatus *Halberſtadenſis*.

2) Archi-Epiſcopatus *Magdeburgenſis*, quamprimum per deceſſum præſentis Archi-Epiſcopi, aut alio caſu vacare inceperit, prout jam dictus Epiſcopatus, unà cum Epiſcopatu Halberſtadenſi, à Dominis Cæſareanis & Gallicis Plenipotentiariis jamtum oblati ſunt.

3) Epiſcopatus *Mindenſis* cum Comitatu *Schaumburgenſi*. Cum autem vacantia dicti Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſis adhuc in pendenti ſit, æquum erit, ut Serenitati Suæ Electorali *interea* Epiſcopatus *Oſnabrugenſis* detur utendus fruendus, qui vero ſtatim ab eadem reſignabitur in manus Imperatoris & Imperii, quando Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſis vacaverit, atque Serenitati Suæ Electorali pleniſſime traditus fuerit.

Supradictis, adhuc ſequentes *Conditiones* neceſſario annecti debent, cum in ea, quæ ſupra poſita ſunt, Serenitas Electoralis non conſentiat, niſi iis intervenientibus & adimpletis:

1) Ut *Uſus* atque *Navigatio* fluvii *Oderæ* liberrima ſit, tam pro Sua Serenitate Electorali atque ſubditis ſuis, quam pro Corona Sueciæ.

2) Ut *Statio Navium* Serenitatis Suæ Electoralis atque ſubditorum Ejus, in portubus maritimis Coronæ Sueciæ, atque *exportatio* & *diſtractio mercium* in urbes & oras adjacentes, utriusque partis ſubditis liberrima ſit, & in eo omnes æquo jure utantur.

3) In ſpecie autem libera & inconvulſa maneat *Linea communicationis* & *Correſpondentiæ*, terra marique ex Electoratu Brandenburgico & Pomerania in Ducatum Boruſſiæ, & retro ex jam dicto Ducatu in Pomeraniam atque Electoralis Suæ Serenitatis Marchiam Brandenburgenſem.

4) Ut Serenitati Suæ Electorali ſtatim poſt confectum negotium Pomeranicum, retradantur omnia munimenta ac urbes, quas Corona Sueciæ de præſenti in Electoratu Brandenburgico atque Pomerania Ulteriori tenet, ac milite ſuo inſidet, & quidem cum omnibus tormentis bellicis majoribus & minoribus, pulvere nitrato, globis æneis, & reliquo apparatu, quem nunc in dictis munimentis, urbibus & fortalitiis invenire licet, quique tempore occupationis ibidem repertus fuit.

5) Reſtituantur omnes *Commendaturæ* atque *Bona ad Ordinem Equeſtrem D. Johannis* ſpectantia, quæ à quibusdam Officialibus Coronæ Sueciæ tenentur.

6) Reſcindantur omnes *Donationes*, quæ à jamdicta Corona Sueciæ in aliquot Officiales ſuos collatæ ſunt, & reſtituantur ea bona cum omni jure,

1647. Januar. quæ ex talibus donationibus jamdicti Officiales in Pomerania Ulteriori tenent. 1647. Januar.

7) Remittatur totum illud, *quod inſtar reſidui Contributionum*, Corona Sueciæ ex Electoratu Brandenburgico adhuc prætendere poſſit, neque teneantur Serenitas Sua Electoralis aut ſubditi Ejus, quicquid conferre ad illam ſummam, quam pro ſatisfactione militiæ ſuæ, Corona Sueciæ ab Imperatore & Imperio poſtulat & obtinere poterit.

8) Liberum atque integrum erit Sereniſſimo Electori Brandenburgico atque Domui Suæ Electorali, in perpetuum *Titulo Pomeraniæ* atque *Inſignibus ejusdem Ducatus* uti, ut & *Seſſionem* & *Votum*, ratione Pomeraniæ Ulterioris in Comitiis Imperii habere & exercere.

9) Servetur *bona Vicinitas* atque correſpondentia inter Regiam Majeſtatem & Coronam Sueciæ, Ejusdemque Subditos ab una, & Sereniſſimum Electorem Brandenburgicum Domumque Suam Electoralem & Subditos Ejusdem, ab altera parte, eaque lege hac pacis publicæ ſtabiliantur in perpetuum.

§. IX.

Der Ertz-Biſchoff zu Magdeburg, nebſt dem dortigen Capitul, ſetzen ſich gegen ſolche Ceſſion an Brandenburg.

Alleine, wie vorhin §. VII. bereits gemeldet, worden iſt, erregte dieſe Chur-Brandenburgiſche Declaration viele Bewegung, ſonderlich bey denen, ſo das Ihrige zur Gegen-Satisfaction miſſen und hergeben ſollten. Vornehmlich ſetzte ſich der Ertz-Biſchoff *Auguſtus* zu Magdeburg, nebſt dem dortigen Dom-Capitul, wieder die Abtretung ſothanen Ertz-Bißthums an Chur-Brandenburg, und wurde von jenem das nachſtehende Manifeſt N. I. auf dem Congreſs bekannt gemacht.

N. I.

Manifeſtum, daß keine gerechte Urſache vorhanden, warum Chur-Brandenburg zur Satisfaction vor gantz oder halb Pommern, das Ertz-Stifft Magdeburg begehren und hinnehmen wolle.

Alß dem Hochwürdigſten, Durchlauchtigſten, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn AUGUSTO, Poſtulirten Ertz-Biſchoff zu Magdeburg, Primaten in Germanien, Hertzogen zu Sachſen, Jülich, Cleve und Berg, gehorſamſten referiret und hinterbracht worden, was maſſen verlauten wolle, daß Chur-Brandenburg vor die Abtretung des gantzen oder halben Theil Pommer-Landes, das Ertz-Stifft Magdeburg zur Satisfaction und eigenthümlichen Aſſignirung vorſchlagen oder begehren laſſen; So hat höchſt-ermeldten Herr Ertz-Biſchoffen Fürſtliche Durchlaucht in alle wege gebühren wollen, hierbey zu vigiliren, und ein wachendes Auge zu haben, darmit nicht gleichſam tacendo etwas hierunter möchte verſehen oder negligiret werden; Sintemahl Ihro Fürſtliche Durchlaucht, krafft der mit Einem Hoch-Ehrwürdigen Dom-Capitul des Primat- und Ertz-Stiffts Magdeburg, als den von alten und undencklichen Jahren, und zwar aus rechtlicher Verordnung titulirten Erb-Herren des Landes, aufgerichteter, und mit Fürſtlicher hoher Verpflichtung beſtätigter Capitulation, allerdings ſchuldig ſeyn, das Ertz-Stifft, das Dom-Capitul und das gantze Land, ſamt allen deſſen Ständen und Unterthanen, bey ſeinem uhralten doch Evangeliſchen Stande, Ehre, Würden, Herrlichkeiten, Rechten und Gerechtigkeiten, zu conſerviren und zu erhalten. Damit nun die Urſachen niemanden mögen verborgen bleiben, warum das obangeführte Begehren nicht ſtatt haben könne, vor gantz oder halb Pommern zur Recompens oder Gegen-Satisfaction das Primat- und Ertz-Stifft Magdeburg eigenthümlich hinzunehmen; So iſt nöthig

und

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN